CC BY NC SA

tinnunculus, i. *subs. m.* **FORMA** tinnungulus PLIN Nat 10.109.; pipiunculus GLOSS 4.377.18.; titiunculus GLOSS 2.347.12. **ETYM** tinnulus 'de grito agudo'. *ab Etruria fortasse prouenerat* [EM]*; et cum* titius *' coniunctum est* [FORC] *'agrestis columba', quod ab rapacibus auibus abhorret.* [**FREQ** minima **2** indicia **0,13** /d.c.m.] ¶ (*Falco tinnunculus* [ANDRÉ Ois]) *auis rapax parua magnitudine fortasse fuit, quae nidos aedificiis ponere solebat, certe cum columba coniuncta, agricolis tinnunculi pullos circa ornithones humantibus, scilicet ut columbae ab eis non fugerent; quod eae non tinnunculum timentes faciebant, ab accipitribus eas certe defensurum • ave rapaz, seguramente de pequeño tamaño, difícil de determinar, quizás el cernícalo, que acostumbraba a hacer sus nidos en edificaciones y muy identificada con las palomas, pues los campesinos enterraban en las esquinas de los columbarios a los polluelos de aquella, para impedir que las palomas escapasen; y ello no por miedo al ave, sino porque se decía que las defendía de los gavilanes* [**HYPER** accipiter[a] **SIM** capys, cenchris, falco[b]] 60 COLUM 8.8.7. Genus accipitris tinnunculum uocant rustici; fere in aedificiis nidos facit. eius pulli singuli fictilibus ollis conduntur, spirantibusque opercula superponuntur, et gypso lita uasa in angulis columbarii superponuntur. quae res auibus amorem loci sic conciliat ne umquam deserant. 79 PLIN Nat 10.109. auis quae tinnungulus uocatur ... terret ... accipitres naturali potentia in tantum, ut uisum uocemque eius fugiant. hac de causa praecipuus columbis amor eorum. 🕮 TITIUNCULUS **GLOSS** 2.347.12. κεγχρίς, εἶδος ἱέρακος μικροῦ. 5.607.2. accipiter, acceptor. PIPIUNCULUS **GLOSS** 4.377.18. accipiter, acceptor.